Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

qui faciat bonu non est usq; ad unu. Sepulchru patens est guttur eorum linguis suis dolose agebant: venenu aspidum sub labijs eorum. Quorum os maledictione et amaritudine plenu est: veloces pedes eorum ad effundendu sanguine. Contritio et infelicitas in viis eorum et via pacis non cognouerunt: non est timor dei ante oculos eorum. Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitate: qui deuorant plebem meam sicut escam panis. Deum non inuocauerunt: illic trepidauerunt timore vbi non erat timor. Quia deus in generatione iusta est et consiliu inopis confudistis: quia dns spes eius est. Quis dabit ex syon salutare israhel: cu auerterit dns captiuitate plebis suae exultabit iacob et letabitur israhel. Gloria patri et f. Ps.

Domine quis habitabit in tabnaculo tuo: aut quis requiescet in monte scto eius. Qui ingreditur sine macula: et operatur iusticia. Qui loquitur veritatem in corde suo: qui non egit dolu in lingua sua. Nec fecit proximo suo malu: et obpro-